



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 6. Fouquetus Eleutheropolitanns[sic!] Episcopus a Sinensi Missione  
Romam redux.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

tifici ritus proscriptos defendantium no- Sæc. XVIII.  
mine libellum supplicem obtulit, in A.C. 1723.  
quo plurimis rationibus fusius allatis  
Papam eo inducere adlaborabat, ut  
Clementis XI. decreta & Constitutio-  
nes, quibus superstitiones quosdam Si-  
nensium ritus damnabat, revocaret.

### §. VI.

#### *Fouquetus Eleutheropolitanus Epi- scopus a Sinensi Missione Romam redux.*

Haud multo post Joannes Franciscus  
Fouquet Jesuita Episcopus Eleu- Hist. Univ.  
l. c. p. 950.  
theropolitanus, qui per viginti qua- Du Halde  
Hist. Sin.  
tuor ferme annos in Sinensi Imperio t. 3. p. 193.  
Verbum Dei prædicabat, die octava Dorsan. l. c.  
Junii Romam venit. Hic, cum rituum pag. 144.  
prohibitorum superstitionem tamdiu a-  
pud Sinas commoratus suismet oculis  
inspexisset, eisque semper virili animo  
obstinetisset, contra Confratres suos, qui  
pertinacius his ritibus adhæsere, testi-  
monium latus, eos vero, quibus falso  
inobedientiae culpa imputabatur, excu-  
saturus, ipsum summum Pontificem  
adire constituit. Excipiebatur ab eo-  
dem summis honorum significationibus,  
eademque die mane & per binas omnino  
horas de Sinicis rebus cum Papa col-  
locutus erat: meridie Pontifex ad il-

Gg 4

lum

Sæc XVIII. Ium misit currum unacum Ecclesiastico  
A. C. 1723. Viro, dato eidem negotio, ut Episcopus  
quamdiu Romæ moraretur, infer-  
ret, eumque comitaretur. Die non  
Junii Fouquetus Patrem Tamburinum  
Societatis Præpositum Generalem in-  
visit, ab eodem rogatus, ut in Dom.  
Professorum habitare velit: Episcopo  
vero id deprecatus respondit, quo  
Pontifex pro sua benignitate jam  
habitaculum ipsi in Collegio de Prope-  
ganda assignare dignatus fuisset: Fre-  
quens erat huic Episcopo cum summo  
Pontifice & Cardinalibus colloquiis  
de statu Missionis Sinicæ, ac propter  
Pontifex peculiarem instituit Congre-  
gationem, in qua de hoc négotio me-  
turius ageretur: Destinabantur ex Ca-  
dinalibus Tanara, Sacripante, Pa-  
luccius, Febronius, Vallemarus,  
Comitibus, Spinula, Albani, Scottus  
Pamphilius, & Imperiali. Præscri-  
batur religiosissimum eorum, quæ age-  
rentur, silentium: ineunte vero Mense  
Augusto huic Congregationi datum  
initum, discussusque libellus supplex  
Giampriano Jesuita porrectus: Albu-  
nius ceterique ferme omnes Purpuream  
Clementis XI. Constitutionem omnia  
servandam esse censebant: quid ver-  
decisum, paulo inferius referetur.

§. VII